per memoratum Nobilem Pustanowski satisfactionem quietat emittit et liberum absolutumque facit perpetuo. Cautam eandem atque ipsam poenam perpetuae Banitionis eiusque publicationem nec non totum processum cassat mortificat et annihilat perpetuum debito Congruescenti suis eam posteris ratione Compulsionem perpetuum imponendo silentium huius Recognitionis suae vigore.

Actum in Castro Premysliensi Feria Secunda post Festum Sancti Martini Pontificis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quarto.

16/XI 1654

Wysoczanskich Coniugum Advitalitas mutua.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus Generosus Petrus de Romanowski Wysoczanski ab una et Anna de Lityńia primis nuptiis olim Generosi Michaelis Srubel secundis vero ad praesens eiusdem Generosi Wysoczanski Consors legitima ab altera partibus Maritus quidem sibi pro se consors vero cum eiusdem Mariti sui Tutoris Coniugatis assistentia et utroque ad infrascripta requisiti Consensu sani mentibus et corporibus existentes a terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneal. Premysliensi quoad Actum hunc alteruter secum successionibus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet eorum seorsim suo pro interesse recognovit.

Quia ipsi

~~1440~~

1434

Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri omnium suorum bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum Mobilium et Immobilium summarumque quarumvis pecuniarum habitarum et habendarum necnon Auri Argenti Clenodiorum Vestium vestimentorum pecorum pecudum Equorum Equitiorum totiusque supellectilis domesticae in quacunque forma et Materia existentium mutuam Advitalitatem et usum fructum et usumfructum ad extrema duntaxat vitae suae tempora inscribunt et concedunt praesentibus tali videlicet modo quod si primus praefatum Generosum Petrum de Romanowski Wysocanski Maritum quam supra scriptam Generosam Annam de Lisynia Consortem suam de hac luce decedere contigerit extunc eadem Consors sua superstes bona sua omnia Mobilia et immobilia haereditaria et obligatoria summasque quasvis pecuniarum cum omni et integro Iure suo omnibusque et singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus et emolumentis competentiaque et pertinentiis quibusvis attinentiisque et pertinentiis suis universis nullis penitus exceptis morte praefati Mariti sui derelictis tenebit habebit et possidebit illisque pacifice et quiete utifruetur sine quovis impedimento et contradictione successorum praedicti Mariti sui ad extrema duntaxat vitae suae tempora modo ac titulo Advitalitio Postmortem vero praenominatae Consortis bona praefati Mariti propria ad successores Mariti sine quavis contradictione successorum praenominatae Consortis suae devolventur et devolui debebunt Similiter quoque si primus praenominatam Generosam Annam de Lysynia Consortem quam praefatum Maritum occumbere et de hac luce decedere contigerit extunc quoque idem Generosus Petrus Wysocanski Maritus suus bona sua omnia et singula mobilia et immobilia summasque et res suprascriptas omnes morte praefatae Consortis suae derelinquendas cum omni Iure Dominio et proprietate omnibusque et singulis utilitatibus fructibus proventibus redditibus et emolumentis quibusvis attinentiisque et pertinentiis suis universis nullis penitus exceptis absque quavis contradictione et impedimento successorum praenominatae Consortis suae ad extrema duntaxat vitae suae tempora

tenebit

tenebit habebit et possidebit illisq[ue] quiete et pacifice ususfructuario mo
do ac titulo Advitalitio post mortem vero eiusd[em] Mariti sui extunc bona
q[uae] omnia et singula ad Successores eiusd[em] Consortis sua sine quavis Contra 1435
dictione Successionem praefati Mariti pleno in robore et iure devolven
tur et redibunt his suis Patentibus Recognitionibus personalibus ad
praemissa mediantibus

Actum in Castro Premysliensi
Feria Tertia ante Festum Prae 17/XI
sentationis Beatissimae Virginis 1654
Mariae proxima Anno Dñi Mil
lesimo Sexcentesimo Quinqua
gesimo Quarto.

Dominiowskie Mater cum Fi
lio Zagurskiemu Roborant.

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan.
Premyslien. Mag[nifi]ca Helizabeth Catherina olim Nobilis Andreae Doma
niowski Consors relicta Vidua et Christophorus Carolus Domanio
wski Mater cum filio Sani mentibus et corporibus existentes a ter
ris Districtibus Iudicibus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et
competentibus recedendo Praesenti vero Iurisdictioni Castren. Capitan.
Premyslien. quoad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis
q[uo]d omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subiiciendo palam
libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet eorum seorsim
suo pro interesse recognovit. Quia ipsi se ac suos posteros successores
ac suis q[uo]d omnibus ac summis praemissis quibusvis habitis et haben
dis inscribunt et obligant praesentibus Sex florenorum manuale seu
de Recognoscendo in rem et manus Generosi Samuelis Zagurski in terminis

certaneo